

Band XI., Nr. 5125, Seite 138

Der Kleriker Graf Heinrich von Vaihingen überlässt seinem Bruder Konrad seinen Teil am Patronatrecht der Kirche in Kleinsachsenheim.

Ohne Ortsangabe, 1298. Mai 1.

Nos Heinricus clericus comes de Vaihingen ad notitiam omnium tam presentium quam futurorum cupimus pervenire, quod nos fratri nostro Conrado comiti de Vaihingen omnem iurisdictionem quam habuimus in iure patronatus ecclesie in Sachsenheim Minori et omne ius quod ad nos iure hereditario et proprietario spectare dinoscebatur in iure patronatus predicte ecclesie viva voce sana mente et bona voluntate ac optima deliberatione fraude postposita et dolo quolibet remoto et abiecto dedimus et presentibus assignamus. Ut autem hec donatio et assignatio per nos prefatum Heinricum firma permaneat et sit illesa, nos prelibatus Heinricus predicto fratri nostro Conrado comiti de Vaihingen presentes litteras dedimus caractere sigilli nostri roboratas.

Actum et datum anno ab incarnatione domini millesimo ducentesimo nonagesimo octavo, in festo beatorum apostolorum Philippi et Jacobi.

—

Kopialbuch des Klosters Rechentshofen aus dem 15. Jahrhundert, Bl. 1.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 14 Nr. 202, Bl.1

Editionen:

Zeitschrift für die Geschichte des Oberrheins 1 (1850) - 39 (1885), N.F.
1=40 (1886) - [...], Bd. 4, S. 448 (Auszug):

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

Aussteller:

Heinrich; Graf von Vaihingen, Kleriker

Ortsindex:

Kleinsachsenheim Wohnplatz (1144)
 Kleinsachsenheim, Sachsenheim, LB
 Vaihingen an der Enz Wohnplatz (1130)
 Vaihingen an der Enz, LB